

Inapit liber sancti augustini ad petrum bina-
conem de fide

R

Epistolā fili petre tue karitatis ac-
cepi in qua te significasti velle ihe-
rusolimam pergere ⁊ poposcisti te
litteris nris īstrui quā debeat ī il-
lis partibz vere fidei regulā tenere ⁊ vt null⁹ ti-
bi possit sensus heretice surripere prauitatis
falsitatis ⁊ Gaudeo quidē qđ profide vera sine
ullo perfidi iicio custodienda sollicitudinem
geris sine qua nulla potest pdesse immo nec
esse conuersio ⁊ Apostolica quippe dicit aucto-
ritas ⁊ quia sine fide īpossibile est placere deo
Fides est nāq; bonorum omnium fīdamentū
Fides est humane salutis īnicium ⁊ Sine hac
nemo ad filiorum dei potest numerū ptinere
quia sine ipsa nec in hoc seculo quis qđ iustifi-
cationis grāciam consequitur ⁊ nec in futuro vi-
tam possidebit eternam ⁊ et si quis hic nō am-
bulauerit per fidem nō perueniet ad speciem
Sine sine omnis labor hominis vacuus ē ⁊ Ta-
le quippe est vt sine vera fide quisq; velit deo
per contemptum seculi placere quale si quis qđ
tendens ad patriam in qua se scit beate esse



victurum • relinquat itineris rectitudinem • &
improvidus sectetur errorem • quo non ad bea-
tam civitatem perveniat • sed in precipitium
cadat • vbi nō gaudium pervenienti datur • s;
cadenti interitus inferatur • Verumtamen vt
de fide sufficiens sermo promatur • nec tempo-
ris suffragatur spaciū • quia celeriter nostrū
cupis habere responsum • et tam magnum est
opus disputationis huius • vt a magnis vir-
possit impleri • **R**eq; enim poposcisti sic te
debere de fide instrui vt vnam quamlibet here-
sim designares • cōtra quam specialiter nostre
disputationis vigilaret intencio • sed cum idē
finite diffinitionem fidei petis • eamq; cupis
etiam sub breuitate concludi • uides proculdu-
bio quā sit nobis impossibile vt rem tantam
in breui plene apprehendamus cui sufficiētes
esse non possumus • **E**tiam si tantum spaci-
um temporis • et tale nobis esset ingenium
vt multa volumina de hoc quod a nobis expe-
tis facere valeremus • **S**ed quia deus prope
est omnibus inuocantibus eum in veritate • q̄
verbū asummans • & breuians fecit sup terrā •
spero q̄a sicut tibi dedit hui⁹ fidei sanctā solli-
citudinē • sic etiā m̄ • vt tuo tā bono tāq̄ lauda-
bili seruiā desiderio sufficientē tribuat facultā